



Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinder, Joseph

[S.I.], Anno MDCLXXXIII.

27. Novembris. 5. Cal. Decembr.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45314

S.
sten,
illi-
val-
ense
ioris
jām
fun-
tate
fici-
pem
cor-
pan-
us :
abi-
m :
aci-
has
obi-
em:
ini:
um
uit.
x.
vol-
eas
ebo,
si.
tia.
Al
sia:
nse-
uri,

XXVI. NOVEMBRIS. 411
eraturi, vitam, sanguinem, fortunas
pro convertendis, aut ex Hispaniae
regno ejiciendis Barbaris hilari fortis;
animo impendistis; vestros hodierna
die triumphos Cisterciensis familia so-
lenniter celebrat. Vos vero jam de feli-
citate securi nobis robur animi vestri sup-
peditate, dum adhuc stamus in prælio con-
tra illos hostes, quos vos quoque præter
Saracenos viciſſis.

S. BERNARDUS, f. 1. in 8. Pasch.

Certum triumphati mundi testimoni- Signa
um est, si corpus castiges, & subjicias trium-
servituti, ne pernitiosa libertate servi- phi de
at voluptati; si fletui magis oculos
præbeas, quam petulantia vel curio-
sitati.



27. Novembris. 5. Cal. Decembr.

B. GAUFRIDE, ex Priore Claræ- Obiit
vallensi Abbas Clarimarsci, ad u- anno
trumque dignitatis gradum suffragio, 1142.
quo sanctius optare non poteras,
BERNARDI promote. Adduxerat
ille te ex Flandria unà cum alia cohorte
juvenum generis claritate insigni-
um: quo numero non tam Clarævallis
alumnos quam cives cœlestes auxit;
Ssz utpote

412 ANNI CISTERCIENS.

ut pote quos effecerat sui similes vita
innocentia & religionis fervore. Ete-
go quoque augere felicissimum illumina-
merum desidero: quod nempe fiet, si vesti
quoque fervore accensus, virtutes vestras
imitatus fueris.

Floruit

anno
1110.

B. F A S T R A D E, Abbas Villarii,
qui licet regendi artem sub disciplina
sanctissima BERNARDI in Clara-
valle, ac duobus in Villario prædecel-
loribus egregie didiceris; præesse ta-
men non ultra biennium sustinuisti;
sed, quod totius vitæ decursu tibi uni-
co fuerat solatio, sub obedientiæ scuto
idam fatalem mortis expectavisti.
Doce me verè agnoscere premium obediencie
& illius custodiæ tanquam firmissimo mu-
nimento, animæ meæ salutem committere.
Excitetur me ad ejus amorem vel unicum hoc
solatum, quod mortem reddat non formi-
dabilem.

S. B E R N A R D U S, ser. 3. in Pasch.

Propria Et ipsum (quantum in ipsa est) Deum
volun- tas De- perimit voluntas propria. Omnino e-
um pe- nim vellet, Deum peccata sua aut vil-
dicare non posse, aut nolle, aut nescire:
vult ergo non esse Deum, qua, quan-
tum in ipsa est, vult eum aut impoten-
tem, aut injustum esse, aut insipien-
tem. Hæ-

XXVIII. NOVEMBRIS. 413

tem. Hæc est crudelis bestia, fera pef-
sima, rapacissima lupa, & leona sa-
vissima.



28. Novembris. 4. Cal. Decembr.

B. GUILIELME, totius Ordinis ^{Obiit}
Cisterciensis Caput ac Superior ^{anno}
Generalis XIII. qui in quoddam rudi-
mentum suscipiendo universalis re-
giminis Savigniacum per aliquot
annos gubernavisti. Sed posteriores
curas absolvisti compendio, brevitate
temporis per negotiorum numerum
& utilitatem compensans. Quorum ^{Exem-}
immortalem memoriam sacer Ordo ^{ptenit.}
Cisterciensis deprædicat, te promoto- ^{promo-}
re primus, (si fides historiis) qui hono- ^{tor.}
rifico Exemptionis omnimodæ privi-
legio à Sede Apostolica donatus est.
Una est exemptio, quam per te mihi impe-
trari à Summo Pontifice Christo anxiè ro-
go, nimirum à reatu peccatorum meorum:
à quo si me eximere dignetur Dei clemen-
tia, verè & ego de exemptionis gratiose ti-
tulo aeternum gloriabor.

Beati quindecim Monachi Luken- ^{Circa}
ses: quorum merita Christus B. Rudol- ^{annum}
pho in læta simul & tragica scena ma- ^{1190.}
nifestavit; dum oranti post nocturnas

Ss 3

vigilias.